



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 29. De Eua[n]gelio S. Ioannis, In principio erat Verbum, quod Missam claudit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

CAPVT XXIX.

DE EVANGELIO S. IO-
annis, *In principio erat Ver-
bum, quod Missam
claudit.*

Non sine expressa Dei in-
spiratione ad Missæ finem
Ecclesia nobis Sancti Ioannis
proponit Euangelium, quod in
illo, velut breui quodam com-
pendio, omnia eiusdem myste-
ria conclusisse & cōprehendisse
visus est Euangelista Ioannes.
In illo siquidē Verbi diuini es-
sentia, eiusdemq; incarnati, &
effectuū quos ipsius prædicatio
in mundo effecit, qui nimirum
sunt oēs omnino homines illu-
mina-

THESAURVS MISSAE. 175

minare, & officij quod peracturus venit, quod est nimirum salutem nobis dare & potestatem filios Dei per gratiam fieri, nobis datur notitia. Non mediocrem fructum & consolationem afferret Missam dicentibus, & audientibus, si breuem aliquam eius declarationem haberent, vel peterent ab ijs, qui eam tradere & possent & scirent; si enim intelligeretur, non parum saperet; & si saperet, nouum quotidie videretur, & nouam consolationem afferret. Ut verò verbi diuini hic perfectiones, quæ in illo nobis traduntur, quæq; Deum ex animo & sincerè amantibus magnum solatium atque

Z animi

animi teneritudinem causantur, prætereamus, talem etiam causabitur audire quotidie lætum illud nuntium, posse nos Dei fieri filios, si modò velimus.

CAPVT XXX.

QVAS GRATIARVM ACTIONES Deo post Missam persolvere debeant sacerdotes, & qui in eadem communicant, tum etiam ij qui illam audiunt.

VT incipiamus ab ijs qui nō nisi Missæ interfuerūt, quorum minor longè videtur obligatio; nō deberent hi ab eadem exire, mox vbi dictū est, *Et Verbum caro factum est; tēplo-*